



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Zenobivs Ep. 25. Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

25. Maij. VITÆ SANC TORVM. 261

nens, ex communi illius ævi sensu columnæ fuit sustentans orbem terrarum. Nos cùm hæreamus in luto, digito tamen paramus cælum contingere.

Ex Menæis & Evagrio.

Qui non potest sanguinem fundere, potest semetipsum paenitentie velo percutere, & in cordis contritione macerare. Preparetur ad ferendum, jugulum, non deerit remunerator, et si defuerit gladius. Deest carnifex, quicervicē exterius feriat, adest iudex, qui bona voluntatis premiū reddat. S. Pet. Dam. l. 65.

S. ZENOBIUS EP. 25. Maij.

ZENOBII pueritiam, vivam honestatis imaginem dicas, in quâ neque Dei oculus quidquam reprehenderet: nullus ei unquam cachinnus, nullum verbum insolens excidit; neque eam venustatem insequens ætas violavit, quin corroboravit verius, ut priscæ etiam sanctitatis Antistites Damasous, Ambrosius, Paulinusque ZENOBIVM suspicerent. Mirandorum ejus operum hoc juvenitus specimen habeat. Florentiæ, quæ ZENOBII patria, & Pontificalis sedes fuit, fratres gemini è flore nobilitatis parentum indulgentiâ corrupti in proterviam, occalluerant ad sera matris imperia, non atrocia tantum dicta, sed calces etiam ingere bene monenti ausi; quâ impietate exasperata ultra maternum morem mulier, dirâ imprecatione furias in filiorû caput incitavit. Valuere vota: degeneres illi exemplò infernî obsideri larvis, & impias manus à matre in se se vertere; laniare ora mordicus, & canino invicem duello grassari. Fœditas spectaculi parentis irani misericordiâ mutavit, lamentantis tantum precibus fuisse pondus; nulla erat nisi ZENOBII pietate spes, qui horas duas

duas affusus Crucis, furentes absolvit. Idem beneficium an. CD. XXIV. cælo receptus in ægrum repetivit, sed eo longè digniorem. Mater nocturnis ejus obsaturata querelis, potum identidem flagranti, dæmonem simili voto propinavit, sed ZENOBIVS pepulit; utinam & fœdum morem vocantium tam immaues hospites, quasi non invocati in nos irruerent. Ex Surio.

Solerter animus ante actionis sua primordia cum
etia debet aduersa meditari, ut semper hæc cogitans
semper contra hæc thorace patientie munitus, &
quidquid acciderit, superet, & quidquid non accesserit, lucrum putet. S. Greg. 5. Mor. c. 33.

S. MVTIVS C. 25. Maij.

A Gite mortales, & vel latronem ducem ad ex-
lum sequimini. MVTIVS hic est, qui apparatu compilandi sacri Parthenonis somno oppressus,
rapi ad divinum tribunal sibi visus, supplicia suis
facinoribus parata intellexit, nisi celeri pœnitentiâ ipse sibi jus dixisset. MVTIVS rectâ ad sacra-
tus profectus viros, animæ vulnerum medicinam eos
poposcit. Tres primùm ex odis Davidicis strophæ
ei præscriptæ; quam ad amussum cum vitam exi-
geret, Superi postea ejus erudiendi provinciam si-
bi depoposerunt. In corum contubernio expoli-
tus, scholam denique aperuit ex latrone magister
factus virtutis. Eum sol reveritus est, inaudito
post Iosue factum exemplo, ita cursum moderans,
ut non antè occumberet, quām ille tugurio disci-
puli successisset; quem præter sem defunctum
cum invenisset, rogavit familiariter, an redire in
vitam vellet. Abnuentem valere jussit, & tumultu-
lo composit, quod ille officium tam studiosè
huis